



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Imagines.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Interim Pictores imaginum Christi, B. V. Sanctorum, aliorumque objectorum, quæ ad vivum ad virtutes & ingenua quæque extimulant, non condignè satis deprædicari possunt ob animarum fructum, qui etiam post eorum fata in seros nepotes derivat. Romæ, Venetiis & alibi vidi picturas ejusmodi, quæ tepida corda amore Dei possent inflammare. In specie unam celeberrimi Pictoris Raphaelis, qui contra tritum illud *Ars imitatur, non assequitur naturam*, naturam in picturis suis videbatur assequi. Hinc Calvariæ ejus sequens Romæ vidi suppositum Distichon:

Hic Raphael est, quo vinci, vivente, timebat:
Rerum magna Parens, & moriente mori.

Imagines.

Cujus est imago hæc, & superscriptio? Matth. 22. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Gen. 1. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis.* I. Cor. 15. *Apprehensa est bestia, qui acceperunt characterem bestia, & qui adoraverunt imaginem ejus; vivi missi sunt in stagnum ignis ardentis sulphure.* Apoc. 19. *Quos præscribit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui.* Rom. 8. *Inspecte, & fas secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Exod. 25. *Frequens & solidus per diem obtutus imaginis Crucifixi D. N. J. C. multa tibi bona dictabit, & salutares dabit lectiones.*